



in Christo, humanam nempe atque naturam diuinam, provocare. Concedo, hoc id ipsum esse, quod Racouienfes negauerint. At, quonam fundamento commoti sunt, negare? Nullius ego recordor, nec quisquam alius umquam cuiusdam recordabitur, nisi quod, hominis diuinitatem, arbitrati sunt, humanae rationi repugnare. O vero plumbeum et iocularem pugionem! Quis enim illud dabit Socinianis, praeter suos eorumque similes, quos non probamus. Conata quidem est eorum ratio corrupta, inter ea, quae contraria sunt, diuinitatem hominis referre. Sed illud numquam efficere potuit, (§. VI-) neque a nobis committetur, vt umquam illud imposterum possit. Oppressa itaque et ruita iemper atque lubrica manebunt, quae, vt diuinitatem hominis impugnet, Socinianus ex scriptura sumit.

§. XIII.

Duo inprimis sunt facillima ex nostra disputatione intellectu. Primum: Vrgent quidem Sociniani vsum rationis ita, vt infra illam ipsa interdum scriptura posita ab istis longissime fuerit. p) Sed sumam, illos in reliquis quoque dogmatibus, quae contra nos defendunt, tam vehementer logices praecepta violasse, quem ad modum hucusque tantam eorum dialectices ignorationem, quanta maxima esse potest, vidimus: non certe erit, vt amplius, qua vti solent Socinia-

D 2

ni

p). Conferatur KOECHERI, Viri atque Patroni nostri Summe Venerandi, vollständiger Abriss aller ie-

mals in der Welt bekannten und üblichen Religionen, Cap. III. Abschn. XIII. n. 4. 5. Cap. V. §. 9.